UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Athanasii Kircheri Fvldensis Bvchonii E Soc. Iesv. Prodromvs Coptvs Sive Aegyptiacvs

Kircher, Athanasius

Romae, 1636

Capvt IIII. De numero Nominum Ægyptiacorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12784

Visual Library

Horum ϯ omnium dictorum articulorum vſitatiſſimus eſt, & frequentiſſimus.

Regula 3.

Omnis dictio quæ ſignum ⲟⲩ initio habuerit præfixum, ſignificat nomen fœmininum vel maſculinum indeterminatè, ſine articulo.

ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ	Vir.	ⲟⲩⲏⲓ	Domus
ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ	Mulier.	ⲟⲩϩⲟ	Frater.
ⲟⲩⲓⲱⲧ	Pater.	ⲟⲩⲙⲁⲩ	Mater.

Quomodo verò ſpecificetur hæc particutla, in arabica lectione ſuprà diximus.

CAPVT. IIII.

De numero Nominum AEgyptiacorum

Numeri nominum apud Coptitas ſunt tres. Singularis, dualis, pluralis. De ſingulari, eiuſque ſignificatione in præcedentibus dictum eſt; de duali & plurali cape ſequentes regulas.

Regula I. Omne nomen pluralis numeri determinatę ſignificationis, ſiue id maſculinum fuerit, ſiue fęmininum, deſignatur per præfixos hoſce articulos.

Ⲛⲓ. Ⲛⲉ. Ⲛⲏ. Ⲛ.

Sing:		Plural;	
ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ	homo.	ⲛⲓⲣⲱⲙⲓ	homines.
ⲡⲉⲑⲙⲱⲟⲩⲧ	mortuus.	ⲛⲉⲑⲙⲱⲟⲩⲧ	mortui.
ⲡⲓⲫⲓⲛ	futurum.	ⲛⲏⲫⲓⲛ	futura.
ⲡⲓⲉϫⲱⲣϩ	nox.	ⲛⲓⲉϫⲱⲣϩ	noctes.
ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ	mulier.	ⲛⲓϩⲓⲟⲙⲓ	mulieres.
ϯⲫⲉ	cœlum	ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ	cœli.

Regula 2. Omne nomen indeterminatum pluralis numeri, ſiue id fuerit maſculini, ſiue fæminini generis, deſignatur per præfixum articulum. ϩⲁⲛ.

Sing:		Plur:	
ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ	homo.	ϩⲁⲛⲣⲱⲙⲓ	homines.
ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ	mulier.	ϩⲁⲛⲥϩⲓⲙⲓ	mulieres.
ⲟⲩⲙⲁⲩ	mater.	ϩⲁⲛⲙⲁⲩ	matres.
ⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ	Angelus.	ϩⲁⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ	Angeli.

Ex quibus patet Cophtam linguam in inflexione nominum, nullam cum Græcis habere communionem; Apud Græcos enim pluralis cognoſcitur ex fine nominis; ſecus apud Cophtitas; apud quos ipſa ſubſtantia nominis ſemper manet intacta, ſola mutatione facta in additione particularum dictarum.

Regula 3. Omne nomen ſiue id maſculinum fuerit ſiue fæmininum, cuius initium ſignatur articulo ϩⲁⲛ aut ⲛⲓ & finis litera ⲃ, quod duo Cophtitis ſignficat, dualis eſt numeri. Vt

ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ	Viri.	ϩⲁⲛⲣⲱⲙⲓⲃ	duo Viri.

ⲟⲩⲥϩⲓ

ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ mulier. ϩⲁⲛⲥϩⲓⲙⲓ β duę mulieres.
Ⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ Angelus. ϩⲁⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ β duo Ang:
ⲟⲩⲙⲁⲩ mater. ϩⲁⲛⲙⲁⲩ β duæ matres.
ⲡⲓⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ diſcipulus. ⲛⲓⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ β duo diſcip:
Ⲧⲫⲉ Cœlum. ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ β duo Cœli.
Ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ Rex. ⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲟⲩ β duo Reges.

Tota igitur generis nominum cognitio conſiſtit in hiſce ſignis ſeu literis præfixis. quæ ſi diligenter aduerteris, nullam difficultatem inuenies in cognoſcendo genere nominum Coptorum.

Maſc:ſing:	Fæm:ſing:	Com:ſing:	Plur:com:	Plur:com:
Ⲡ	Ⲑ	Ⲟⲩ	Ⲛⲓ	ϩⲁⲛ
Ⲡⲓ	Ⲧ	ⲟⲩ	Ⲛⲉ	ϩⲁⲛ
Ⲫ	Ⲧⲁ	ⲟⲩ	Ⲛⲏ	ϩⲁⲛ
Ⲫⲏ	Ⲧⲉ	ⲟⲩ	Ⲛ	ϩⲁⲛ
	Ϯ			

CAPVT V.

De Caſu Nominum.

Quemadmodum apud Hebræos, Chaldæos, Arabes, AEthiopes, quibuſdam articulis nominibus præfixis conſtituuntur caſus; ſic etiam apud Coptitas, quamuis eorum non tanta ratio habeatur, vt in linguis Occidẽtalibus. cùm affixa fermè omnẽ eorum defectũ facilè ſupplere poſſint.

Præter particulas tamẽ ſequẽtes Ⲡⲓ. Ϯ. ⲟⲩ. ⲛⲓ. ϩⲁⲛ.